



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XV. De Adventu Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

manu eius caderet, cecidit & ipse: deinde post longum spiritu parum resumpto, populum astantem, quasi ex plaga emendatus sic adoratus est, frustra O ciues nitimur: Deus Christianorum fortis est, & nostra vi à nobis expelli non potest. Mibi autem consilium videtur, vt illum habeamus, & tamen antiquos Deos nostros non dimittamus, & iuxta illius aram nostris quoq; dijs aram constituamus, vt eos omnes pariter habeamus propicios. Quid faceret populus? Territus pro digio consilium probauit, exstructoq; nefando altari iuxta dominicum altare Dei, seruierunt & daemonebus iuxta historiam antiquitatis, qua dicitur, quod populus Samaritæ Deos gentium colens, nihilominus domino seruiebat.

DE ADVENTV EPI-

scopi.

BITSTA CVS ergo fidei zelo calens non semel aut bis legationem, quam acceperat, egit ad populum, sed ex quo à captiuitate redijt, nunquã cessauit euangelizare regnũ Dei, misericordiã Dei & merita liberatoris sui ciuibus inculcans; & nisi ab errore quiescant, diuinam eis ultionem intentans. Tota vero ciuitas, exceptis sacerdotibus factum hoc cum ueneratione mirabantur, & tamen praua ualente consuetudine, à paganis ritibus cessare non poterant. Sed iam de præsentia domini Episcopi responsalis eius audentior factus, linguã laxat eloquio, victorq; idolorũ & vatũ, vana de his vaticinantiũ, ad seruũ Dei ueniens cũ amicis & cognatis suis, pronus adorat, gratias agit, referens omnẽ ex ordine, ipsumq; ardentem ad opus prædicationis instigat, auxiliũ ei & consilium ex sua suorumq; parte ad omnia pollicitus. Itaq;

XV.

.LXX

Itaque die dominico completis missarum solennijs, sicut erat sacra indutus, armatura vexillo CRUCEIS ex more pre-lato, in medium forum ciuitatis duci se rogauit. Cumq; ad portam ventum esset, ecce, per quam sine remigio trans mare VVITSA CVS vectus erat, nauicula poste pen-debat; & admotus lateri pontificis, Vides, ait, pater? & feriens eam hasta, Hæc, inquit, cimba testimonium san-ctitatis tuæ, firmamentum fidei meæ, argumentum le-gationis meæ ad populum istum.

Erat autem alius breuissimus qui à duobus facile porta-retur. Subsistit Episcopus, & diligenter rem considerabat, perpenditq; quod in pacatissimo amne vix, remo guber-nata, vnã personam portare sufficeret, nedum in flucti-bus marinis sine omni gubernaculo nisi hoc diuinæ virtu-tis esset gubernaculum, gratias agit Deo beatus antistes quod incredulæ genti virtutem suam tali factò demon-strasset. Liberatus autem subintulit, Hanc idcirco suspē-di feci ad portam vt ingredientiẽs siue egredientes factò hoc disceretis, quid in suis necessitatibus de Dei miseri-cordia ac de tuis meritis, sanctissime pater, sperare deberēt. his dictis in confertissimas paganorum turbas, ministris comitantibus, in medium forum sese contulit Episcopus. Erant autem ibi gradus lignei, de quibus præcones & ma-gistratus ad populum concionari solebant. In quibus stas minister Euangelij sermonẽ cœpit, fremitũ verò diffidētis populi VVITSA CVS vice præconis manu & voce sedabat.

*QVOMODO HASTISEVM AP-
proiecerint sed in manibus eorum di-
riguerint.*

XVI.



VMQ; omnes conticuisent, & verbum exhor-tationis pars maxima libenter ---- ecce vnus Sacerdotum vir Belial, plenus furore, pinguis, procerus,